


R. Ann. 6. Aug. 1644.

Illustri Viro

D. Constantino Hugenio,
Equiti, Zulichemi Toparcha, cel-
sissimo Principi à Consilij & secretis

Sam. Sorberius

Ἐὺ πρᾶττεν.



Vir Nobilissime,

non erat animus gratias agere tibi, cum primum accepi
munus elegantissimum, cuius me participem tua fecit
benignitas, nisi prius totum es πόδας ~~et~~ ἐκ κεφαλῆς
evolvisssem: plenius enim & solidius putabam agiturum me
quantum deberem tibi, accepsuramque è facundiâ tuâ
sperabam balbutici nostra copiam, quâ ut ~~par~~ esse
testari possem quam me tibi beneficio isto obnoxium
feceris. At subit uereri ne interea temporis ingrati
apud te animi labeculam contraherem, dum te laterem
vera silentii mei causâ: quare dimissâ procrastinatione,
testanda gratitudini meae utili prope & necessariâ,
lectionem interrumpi iucundissimam, ut calamus in manus
sumerem. Pluribus tamen opus non erat ut ex ungue,
quod aiunt, leonem cogroscerem. Etenim iam olim abunde

Hug. 37.

michi perspecta fuerat ingenii tui mira in pangendis
carminibus felicitas, acuminique raro multiplex conjun-
ta eruditio. noueram te ἀμφοτέρωθεν ἔτιον, qui uersu,
ut solutâ oratione, æquè possas morari aures principum.
nec mihi semel uenerat in mentem Michæelis illius Hospi-
talis, togatorum quo superiori doctrinâ dignitateque
præstantissimi, qui mediæ inter occupationes molestissi-
mæ non erat dedignatus Asia pieridum loca subinde
peragere. Nec sanè qui de te solus magnificè sen-
tirem sicut me Mersennus, aliique compluribus iudicio
& eruditione insignis, quos audiui sæpe, cum ad optimos
uirorum Lutetia frequenter adesset, paria mecum faci-
entibus. Unde cum in Bataviam appulisset ante
biennium, nullosque præstantium ingenio aut uirtute
uirorum, quantum in me fuit, in salutator præteriret,
uix credas quam gestierim conspectu tuo & alloquio
frui. Ea tamen fuit fati iniquitas, seu moles negotio-
rum quibus tunc obruebaris, ut compos uobis nisi longo
post non euaserim: neque tunc satis, ut uerum fatear,
siti explenda. Sed nunc est in libro tuo quod te præ-
sentem, idque tui parte meliori intuear. Quam uerò,
nisi salutis interesset publicæ, cui a deo prædaram operam

nauas, ut perpetuo otiosus esset exoptarem? quam
e egregia enim multa nihil agendo ageres? quam
otiosi ne degeremus immortalia tua scripta probe
curarent? Hoc quidem votorum postrema non essent
alio tempore, saeculae patatiori; nec Musa eruditis in-
geniosisque vigiliis tuis premia relatura essent
minora laudibus, quae bene gestis Republica uberrimas
refundat. Verum non est, Vir Nobilissime, cur ponas
rumores, ut ita dicam, ante salutem. Et si literarum
amantate impense delecter; nimio tamen sum in
Batauos affectu, nimio persequor studio ut totus ali-
quando uester fiam, ut uelim exortura unquam tibi
otia, plurius fortasse nobis confitura. sis igitur per-
melicet semper occupatissimus; dum parte, id est,
sapientissimis consiliis tuis, diu res nostra stent
incolumes. quod Deum cum suppliciter ueneror,
tibi etiam fausta & prospera adprecior omnia.
Vale. scribebam Slusis Flandrorum, Nonis Sext.
Anni christi Dionysiani CLCXLIV.

A Monsieur

Monsieur de Ruycom

A l'Armee

